

1563. 16. Octob.

277
Ex Epist. Sig. Aug. impr. Lipsiae.

Regi Daniae.

Subditorum suorum navem detentam & ad usus
bellicos destinatam restitui cupit.

89
Serenissime Princeps, Domine Frater & Affinis
charissime. Retulerunt nobis Samati, Georgius &
Matthias Gaddo, Fratres, cives Gedanenses, navem
ipsorum propriam satis amplam per homines Se-
renitatis Vestrae primum ad bellica obsequia pra-
standa detentam, deinde ad usus bellicos accep-
tam ab utraque esse. Quam cum hoc tempo-
re repetere constituerent, ut a nobis eorum hoc ne-
gotium commendaretur Serenitati Vestrae, quo vi-
delicet faciliorem se ipsis in ea recuperanda pra-
staret, precibus a nobis contendunt. Quas eo-
rum preces nobis minime rejiciendas esse existi-
mavimus, cum officii nostri Regii esse censea-
mus, subditorum nostrorum incommodis consulere.
Quamobrem a Serenitate Vestra pro amicitia,
quae nobis cum ipsa intercedit, postulamus, ut
iisdem subditis nostris faulem & equum in ea
navi restituendum se praebere, rationemque cum
communis nostrae amicitiae, tum & ipsius huma-
nitatis habere velit, quod hi subditi nostri pla-
raque ejus generis incommoda hoc anno per-
pessi sint. Quod quidem ut nobis de amici-
tia Serenitatis Vestrae faule pollicemur, ita
ad quamcumque occasionem de ipsa bene-
merendi vicissim nos esse paratissimos li-
berter profiteamur. Quam in multos annos
valere cupimus. Datum Vilnae XVI. Octobris.

